Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



117

dicite discipulis eius· quia resurrexit· & ecce precedit uos
in galileam· ibi eum uidebitis· ecce dixi uobis· Quib' simulta
marcus quoq; non tacuit adhec uerba· Maria dum fleret
inclinauit se· & prospexit in monumentum· & uidit duos
angl'os sic dicit iohannes in albis sedentes· unum ad caput
& unu' ad pedes· ubi positu' fuerat corp' ihu· Dicunt ei illi·
Mulier quid ploras· Dicit eis· Quia tulerunt dn'm meum·
& nescio ubi posuer' eum· Hic intelligendi sunt surrexisse
angli· ut etiam stantes uiderentur· sicut eos lucas usos
fuisse comemorat· & dixisse secd'm eundem lucam timentib'
mulierib' & uultum in terra declinantib'· quid quaeritis·
uiuentem cum mortuis· non est hic s; surrexit· recordamini
qualiter locutus est uobis cum adhuc in galilea eet dicens·
quia oportet filium hominis tradi in manus hominu'
peccatorum· & crucifigi· & die tercia resurgere· & recordat' si'
uerborum eius· Post hec conuersa est retrorsum maria· & uidit
ih'm stantem sicut dicit iohannes· & non sciebat quia
ih'c est· Dicit ei ih'c· Mulier quid ploras· que queris· Illa
existimans· quia ortulan' est· dicit ei· Dne· si tu sustu
listi eum· dicito michi ubi posuisti eum· & ego eum tollam·
Dicit ei ih'c· Maria· Conuersa illa dicit ei· Rabboni· qd d'r
magister· Dicit ei ih'c· Noli me tangere· nondu' enim ascendi
ad patrem meum· Vade autem ad fres meos· & dic eis· As
cendo ad patre' meum & patrem uru'm· dn'm meu' & dn'm uru'm·
Tunc egressa est a monumento· hoc est ab illo loco ubi erat
ortus spatium ante lapidem effossum· Et cum illa alique quas
secd'm marcu' inuaserat tremor & pauor· & nemini quicquam
dicebant· tunc iam secd'm matheum· ecce ih'c occurrit illis
dicens· auete· ille aute' acesser' & tenuer' pedes ei· & adorauer'